

Virga aurea.  
Bursa Pastoris.  
Verbena.  
Pyrola.  
Sanicula.  
Alchymilla.  
Pilosella.  
Polygonum.

Pellunt Urinam calculumque, siccant, fluxus sistunt, phtisim curant & vulnera ulceraque mundificant ac sanant.

*Particulis Terreis temperatis & blandis volatilibus constantes.*

Quatuor capillares herbae.

1. Adiantum.
2. Capillus Veneris.
3. Polytrichum aureum.
4. Scolopendrium.

Phillis f. Lingva cervina.

Leniter adstringunt. Pulvis Aureus, qui in parte foliorum averfa harum plantarum reperitur, cum succino albo & succo Portulacae exhibitus, cito Gonorrhoeam curat.

CAP. VII.

DE FLORIBVS.

FLORES.

*Salibus volatilibus f. aromaticis constantes.*

Rosmarini.  
Salviae.  
Lavendulae.  
Chamaemeli.  
Crocii orientalis.  
Stoechados.  
Schaenanthi.  
Caryophylli f. Tunicae.  
Violarum.  
Rofarum pallidarum.

Tiliae.  
Liliorum convallium.  
Primulae veris.

Cephalica, uterina nervinaque sunt & in omnibus convulsionibus conveniunt.

*Mucilagine tenui pollentes.*

Meliloti.  
Sambuci.

Ob Virtutem discutientem, emollientem & dolores mitigantem in inflammationibus, doloribus nephriticis & podagricis tam interne quam externe applicati, conveniunt.

Samb. Flores alvum blande laxant, Lac augent & sub Cataplasmatis forma capiti externe applicati ad somnum disponunt.

*Sale fixo cum pauco volatili constantes.*

Cheiri.  
Calendulae.

Inter nervina numerantur, Menses, Lochia & foetum adeo potenter pellunt, ut non raro eorum odorem redoleant excreta.

*Terreis constantes particulis.*

Borraginis.  
Buglossi  
Cyani.

Cardiacis annumerantur, menses & Urinam movent, nec non in ltero virtute sua incidente & aperiente suppetias ferunt.

*Mucilaginositate crassa constantes.*

Malvae roseae.  
Verbasci.  
Paeoniae.  
Papaveris erratici.

Malvae Flores ob vim quoque adstringentem Gargarismata, in uvulae,  
(b 3) Gin.

Gin.



Gingivarum, & faucium exulceratione ingrediuntur. *Verbasci*, respondent foliorum virtuti. *Paeoniae* antepileptici, *Papaveris* vero Anodynus & hypnotici sunt.

*Particulis Terreis constantes.*

Balaustiorum.

Nymphaeae.

Rosarum rubrarum.

Virtute adstringente & refrigerante gaudent, quapropter in omnibus fluxibus sistendis commendantur.

CAP. VIII.

DE

GUMMATIS ET RESINIS,  
SUCCIS QVIBVSDAM.

*Particulis salinis volatilibus aromaticis oleosis cum blanda vi laxante constantes.*

Gummi Ammoniacum

Galbanum.

*Ala foetida* ℥j.

Ratione salis volatilis oleosi, incidunt, discutunt & aperiunt; ratione viscidarum partium leniunt & emolliunt; Utriusque autem ratione in largiori dosi exhibita, alvum solvunt, ac in Tussi, Asthmate, passione hysterica, malo hypochondriaco, Scorbuto &c. optime conducunt.

*Spissiora, solidiora & aridiora, salibusque oleosis constantia.*

Sagapenum.

Gummi Animae.

Cancamum.

Sandaracha Graecorum.

Mastiche.

Thus seu Olibanum.

Lacca.

Succinum.

Elemi.

Caranna & Tacamahaca.

Pix.

Benzoin.

Externe varie iis utimur vel in suffitu, in Catarrhis, capitis, doloribus, morbis soporosis ac convulsivis, alvi fluxibus, haemorrhagiis, Gonorrhoea; vel in Emplaktris, in Herenniis, Tinea &c.

Interne quaedam blanda sunt diaphoretica & bechica.

*Liquida sale volatili oleoso scatentia.*

Terebinthina.

Balsamum Peruanum nigrum.

Balsamum Copaiba s. Peruan. album.

Liquidambra.

Styrax liquida.

Ob salia volatilia suae visciditati inclusa cum superioribus conveniunt. Insuper etiam experientia confirmatum est, ea imprimis prodesse in affectibus thoracis, viscerum larguore, obstructionibus, Nephritide, Stranguria, Gonorrhoea, fluore albo & alvi fluxibus, nec non vulneribus & ulceribus curandis.

*Particulis acris in viscidis inclusis, constant & fortiter purgant.*

Euphorbium ℥℥.

Elaterium. gr. vj. Extracti. gr. j. vel. ij.

Gutta Gamba vel Gummi Gutt. ℥℥.

Scammonium gr. xv.

Aloe. ℥j. ℥j℥.

Manna. ℥j℥.

Sarcocolla cujus Mpil. ℥℥.

Opopanax cujus Mpil. ℥j.

Priora tria vehementer <sup>aut rari raris</sup> purgant & vix sine periculo exhibent.